



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.
Vsque Ad. Pavlvm. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

Angelis, Paolo de

Roma, 1621

Cap. III. De prima interna sacelli parte.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13873

DE PRIMARIA
INTERNA SACELLI
PART E.

Cap. III.



*De marmore &
varietate, atq.
perficiens lap-
idem, vide Plin.
lib. 36. c. 6.7.8.*

AEc principalis pars meridiem versus respicit. Primus focus facellum circundans ex coruina est compositus. Bases ex albo marmore. Parastadae diuersis

lapidibus incrustantur, nimirum aureo textili sumillimis, alabastris, lincurijs, porta sancta, glarea lapide vario, &c. magno pretio atque excellentia. Epistylia corynthium ordinem repräsentant ex Tiburtino marmore, tectorio, atque auro cooperta; quibus Cymatium, Zophorus, & corona inhærent, eodem modo constructa, diuera Sixti Pontificis gesta experimentia. Fornicum Arcus, etiam tectorio inaurato, atque picturis magnificè exornantur. In huīus partis medio per tres gradus ad solium peruenitur, in qua Pontificia sedes consistit. A lœua, Sanctus Petrus Apostolorū Princeps cum nonnullis ex suis discipulis, coloribus est expressus, dum Romam ingredetur. A dextera eodem pačo Sanctus Paulus, & Sanctus Lucas Euangeliſta vtrique scribentes proponuntur. Supra talem sedem in quadrato, tectorio aureo exornante, Domini natalitia apparent, mirificè coloribus delicata, cui Capitellorum medio Sixti Quinti insignia superstant à binis Angelis sustentata; & à dextris in quadrato ex deaurato tectorio historia annotatur, dum Beata Virgo vnā cum Iosepho tributum ad Cæfarem portant. A sinistris verò perfimili quadrato Angeli præ latitia gestientes, Christi natuitatem Pastoribus denuntiant. A lœua in Parastadarum spatio, quod primariam huīus Arcus faciem proponit, loculamentum cernimus, in quo Sancti Francisci effigies marmorea adeſt, cui quadratum ex varijs lapidibus egregie compaectum ad ornamentum subeft. Supra effigiem in Parastadarum interuallis in quadrato, tectorio condito historia est depicta Angeli Iosephum in somnijs admonentis, vt puerum cum matre acciperet, & in Aegyptum migrarent, velut Sanctus Matthæus sic enarrat. *Surge,*

*S. Lat. cap. 2.
Iesu Pape in fer.
de Nativ. Dom.*

*J. Gregor. Papa
in homilia 9. in
Evang. S. Luc.
cap. 2.
Andr. episc. in
cap. 2. Luca.*

A *¶ accipe puerum, ¶ matrem eius, ¶ fuge in S. Angelū. ferm.
Aegyptum:* A dextera huius principalis partis, in Parastadarum medio, primæ partis faciem dextris proponentium, loculamentum cernitur, in quo ex albo marmore Sancti Dominici effigies inest, egregia arte formata, cui quadratum ex varijs marmoribus adornatum, insertis subest. Supra hanc in Parastadarum spatio in quadrato, tectorio inaurato formato, Beatae Virginis ad sanctam Elisabettham Visitatio est depicta, quam Sanctus Lucas sic enarrat. *Exurgens Maria abiit in montana, ¶ c.* Super primam coronidem in partis medio fenestra inest, à cuius dexteris in quadrato tectorio, atque auro exornante, colores, duos Reges expriment, infra quos in schedula legitur:
ABIA, ET ASA.

Matth. c. 1.

A fenestræ lœua itidem duos alios Reges eodem modo formatos, cum his verbis:
IOSAPHAT, ET IORAM.

Matth. c. 1.

C In Arcus medio figura appetat, ouatam speciem imitans, tectorio deaurato extructa, cuius medium Angelos continent ob Seruatis natalem exultantes, cum his verbis adiunctis: SIXTVS QVINTVS PONTIFEX MAXIMVS.

D Infra interfectos arcus supra coronam ad rectam lineam Parastadarum spatij, in quadrato tectorio deaurato duo Reges apparent, his verbis adiunctis: MANASSES, ET AMMON.

Matth. c. 1.

E Ex alia parte à dextra super coronidem, duo Reges in quadrato insunt, eadem materia, atque arte conflato, quod hæc verba declarant: OBED ET RVTH.

Matth. c. 1.

In binis coronidis angulis bini Angeli insistunt, eadem materia perpolite compositi, quos inter arcus in triangulo quatuor Reges supererminent, nimirum ex vtraque parte duo, sub quorum pedibus talia legimus. A dexteris, IESSE, ET DAVID REX. A lœua. ACHAZ, EZECHIAS.


Matth. c. 1.

F Supra hos arcus Corona, & Zophorus comparet gyrum efformantes, vniuersum facellum præcingentes. Super coronam socii, & Parastadarum Cymatia fenestras continentia, & tympanum formantia nituntur. Supra Parastadas Epistylia insunt, in quo

P 2 rum

rum spatio Zophorus extenditur, & supra corona erigitur; ex quo tholi costæ se attollunt, & ad laternulam pertingunt. Inter costarum spatum Angeli triumphantes ex coloribus exprimuntur; & in colulis, deaurato tectorio conditis plura Ecclesiastica gesta notantur. Super tholi fornicem laternula-

A consistit, in qua Deus Pater patente cælo est depictus, benedicendi actionem repræsentans. Supra quem extrinsecus tres montes ænei existunt, quibus stella innititur, ex qua Crux se attollit, eadem materia confata. Et hæc omnia ex delineatione inclarent.



DE